



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 57. Maximiliani bellum adversus Gallos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A. C. 1486  
xilio esset, iisdemque dabatur negotium, ut Duci, si has preces rejiceret, statim nunciarent, Regem coactum iri, ut ad compescendum Aureliæ Ducem Nobilibus Britannis necessarias suppeditaret copias.

## §. LVII.

*Maximiliani bellum adversus Gallos.*

*Faligny*  
*hist. Car.*  
*VIII.*

Insuperhabitis hisce Caroli conatibus Maximilianus Romanorum Rex bellum auspicator: præprimis autem Flandros in gratiam recepit, eosque compulit, ut eum tanquam Tutorem Archiducis filii sui venerarentur, postea vero urbem Theruanam ex improvise capere tentavit: verum a Cordæo illius regionis Præfecto acriter invasus, ad Regni civitates, quæ pacis cum Rege Galloinitæ vades erant, literas dedit, questus, quod a Comite, & Bellojoviensi Comitissa, Galliarum Regis auctoritatem usurpantibus, contra jus fasque opprimeretur. Hæc Epistola per fecialem Lutetiam delata, in quodam conventu, qui in Urbis Prætorio cogebatur, recitata est, ad quam fecialis non aliud accepit responsum, quam quod Ministris regis dictare lubebat: Igitur Maximilianus hac spe dejectus, Guisiam urbem occu-

occupare molitur, haud secundiore ta-  
 men successu, demum vero cum exerc-  
 tu suo decem aut ferme duodecim ar-  
 matorum millibus valido in agrum Ca-  
 meracensem excurrit; attamen annonæ  
 & pecuniarum inopia pressus, necnon a  
 Giensi, & Cordæo Marescallis conti-  
 nuo laceffitus, Mechliniam sese recipere  
 compulsus est, magna Germanorum mi-  
 litam parte a signis dilabente. (\*)

Sæcul. XV.  
 A.C. 1486.

§. LVIII.

*Fœdus Galliarum Regis cum Bri-  
 tonibus Aurelianensis adver-  
 sariis.*

Rex Franciæ Bellovaco Compendium  
 delatus, ibidem de adversa Britan-  
 niæ Ducis valetudine nuncium accepit,  
 quam ob rem nulla mora copias suas  
 Turonium usque promovit. Verum Du-  
 cis morbo paulatim remittente, Rex Am-  
 basiam reversus est, negotii Archiepis-  
 copo Burdigalensi & Buchagio deman-  
 dati

(\*) Mirum sane, quod Continuator totus in  
 enarrandis Maximiliani adversis, ex suo ta-  
 men Comminæo l. 7. c. 3. non recenseat, Archi-  
 ducem hoc anno S. Audomari urbem, Morinum.  
 Atrebatum, aliasque plures arces Gallis evi-  
 quisse.

X 4